


Á esta Memoria la acompañan 16 planos; á saber: 8 del llamado templo de Hércules, 1 del arco de Martorell y 7 de la muralla antigua de Barcelona. Contiene cada uno lo siguiente:—Del *templo*:—1.º planta general que lleva marcadas las excavaciones y las columnas existentes con todo lo demás que debió tener el templo:—2.º puerta de la *Cella* y corte del pórtico y paredes:—3.º fachada lateral entera:—4.º columnas, basamento y arquitrabe tales como existen:—5.º base y capitel perfilados en grande, con su corte:—6.º capitel en grande con todos sus detalles:—7.º podio y corte de su cimacio:—8.º fachada principal y escalinata tal como debió de existir:—De la *muralla*: 1.º plano general de Barcelona romana y situación del templo:—2.º detalle en grande de una cornisa con que remataba en algunos parajes la muralla en la parte que se demolió en la calle de la Tapinería:—3.º planta y alzado de tres torres de la misma calle:—4.º planta y alzado de dos torres en el jardín de la Enseñanza:—5.º planta del trozo de muralla de todo el *Palau*:—6.º planta y alzado de dos torres y muralla en la calle de Basea:—7.º detalles en grande de varios fragmentos de cornisa de la muralla. Además del restante diseño del Arco de Martorell, hay tres planos mucho mayores para formar los de la planta del templo y su fachada.



Num. 3

Himno de Santa Eulalia de Barcelona, compuesto por el obispo de esta ciudad Quirico, que floreció desde antes del año 656 hasta el 666.—BREVIARIUM GOTHICUM, secundum regulam Beatissimi Isidori Archiepiscopi Hispalensis (página 40).

Fulget híc honor sepulchri
Martyris Eulaliæ,
Quem sacro signavit idem
Passionum stigmatè;
Huc vocat adesse cunctos;
Convénit occurrere.
Germinis hujus propágo,
Vel caterva confluens,
Barchinona augusta semper,
Stirpe áucta insigni,
Civium florens coróna,
Plebs fidelis inclita.

Virginem videte vestram
Quàm sit index gloriæ;
Quæ fide probâta terret
Sic furentem judicem,
Prædicans Crucis honorem,
Vel salutis Judicem.
Hæc enim cæsa catónis
Sistitur equuleo,
Cæditur, exungulatur
Atque fláminis uritur:
Terminum habere laudis
Inter ista nesciens.
Ambiens Crucis patronum,
In Cruce suspenditur:
Corpus illic ad honorem
Nix polorum protegit:
Sic calore plena sancto,
Passionem sustulit.

Hujus ex ore columba,
Jam solutis artubus,
Prosilit miré per auras,
Ceu volatu percito;
Virginem vicisse clamans
In supernis sedibus:
Quam tamen Dei puella
Gestiem præcurrere,
Lege jam mortis peracta
Gaudis adtollitur:
Sicque risu corporato
Corda muliet flentium.

Civibus occorre, civis
Et salutem porrige;
Esto sic patrona nobis
In relatu gratiæ,
Sicut es vicina cœlis
Ad favorem gloriæ.
Inter hæc admixtus ipse
Conquirat et Quiricus,
Qui tui locum sepulchri
Regulis monasticis
Ad honorem consecravit
Sempiterni numinis:
Et mei post claustra carnis
Sis memor in æthere;
Et minus, quod hic peregi,
Tu valenter suppleas:
Hæc tibi perlata vota,
Vel carmena consecrans.

Núm. 4

Inscripción de Lucio Cecilio Optato, en Barcelona, esquina de la calle Den Arlet, detrás de la iglesia de S. Justo (pág. 49).

L. CÆCILIVS L. F (En una cara de la esquina.)
 PAP. OPTATVS
 > LEG. VII. G. FEL
 ET. > LEG. XV. APOLLIN
 MISSVS. HONESTA
 MISSIONE. AB. IMP. M
 AVR. ANTONINO. EL AVR
 VERO. AVG. ATLECTVS. AB. ANTE
 INTER. IMMVHES. CONSECVT
 IN. HONORES. AEDILICIOS
 II. VIR. III. VIR. FLAM. ROMÆ
 DIVORVM. ET. AVGVSTORVM
 QVI. R. P. BARC. TA. EG. DO. LEGO
 DARIQVE. VOLO. XVII. D. EX
 QVORVM. VSVRIS. SEMISSIBVS
 EDI. VOLO. QVOD ANNIS SPECTAC
 PVGILVM. DIE III. IDVVM. IVNI
 VSQVE. AT. XCCL. ET. EADEM. DIE
 EX. X. CC. OLEV. IN. THERMIS. PVBLIC
 POPVLO. PRÆBERI. ET. TECTA. PRAES
 TARI. EA. CONDICIONE. VOLO. VT
 LIBERTI. MEI. ITEM. LIBERTORVM. MEORVM
 LIBERTARVMQVE. LIBERTI. QVOS
 HONOR
 L. D. D. D.

SEVIRATVS. CONTIGE (En otra cara de la esquina.)
 RIT. AB. OMNIBVS. MV
 NERIBVS. SEVIRATVS. EX
 CVSATI. SINT. QVOT. SI. QVIS
 EORVM. AT. MVNERA
 VOCITVS. FVERIT
 TVM. EA. XVII. D. AT
 REMPV. TARRAC
 TRANSFERRI. IVBEO
 SVB. EADEM. FORMA
 SPECTACVLORVM. QVOT
 SS. EST. EDENDORVM
 TARRACONE.

Traducción. Lucio Cecilio, hijo de Lucio, de la tribu Papiria, cognominado Optato, Centurión (*esto significa la >*) de la legión séptima Feliz, y Centurión de la legión décima quinta Apolinar, licenciado honrosamente de la milicia por los emperadores augustos Marco Aurelio Antonio y Aurelio Vero, puesto por... (*D. Antonio Agustín se inclina á leer Abante scriptis, los antedichos emperadores; Finestres prefiere que se lea A Barcin., por los barceloneses (lo roto de la piedra da lugar á uno y otro): entre los inmunes, habiendo alcanzado los honores de edilicios, tres veces nombrado Duumvir, Flamen de Roma, de los Divos y de los Augustos (de los emperadores muertos y de los vivos), el cual hizo á la República de Barcelona este legado: doy, lego y quiero que se den siete mil quinientos dineros, de cuyas usuras (ó intereses) sé misas (esto es, de seis por ciento anuales, resultado del medio por ciento al mes) quiero que se compren (paguen) cada año espectáculos de luchadores (pugilato) el día 10 de junio hasta la cantidad de doscientos cincuenta dineros, y el mismo día de doscientos dineros se dé aceite en las termas públicas al pueblo, y se dé posada franca (á los forasteros que acudiesen á los espectáculos), con la condición de que mis libertos, y también los libertos de mis libertos y libertas, á los cuales cupiere el honor (continúa en la otra cara de la esquina) del Sevirado sean eximidos de todas las funciones de este cargo; y si alguno de ellos fuere llamado á los cargos (del gobierno de la ciudad), mando que entonces los siete mil quinientos dineros pasen á la República de Tarragona bajo la misma forma de pagar en Tarragona los espectáculos arriba escritos. Por decreto de los Decuriones se concedió lugar (donde colocar aquella lápida que tal vez sirvió de pedestal á la estatua del mismo testador.)*

Núm. 5

VARIA I. ALFONSI I.
 LIBER FEUDORUM.
 n.º 1.º
 fol. antiguo 321.
 fol. moderno 50.

Carta donacionis quam fecit Miro Geriberti de Sancto Martino Raimundo Comiti Barchinonensi super Castro de Portu propter magna maleficia que ei fecerat (pág. 52).

IN NOMINE DOMINI. Ego Mir Geriberti et uxor mea Guilia femina et filii nostri Bernardus et Gondevallus simul in unum donatores sumus vobis domno Remundo Berengarii Comiti et domne Almodi comitisse Manifestum est enim quia propter culpam maximam quam contra vos comisimus fuit nobis indicata maxima emendacio quam vobis fecissemus quam nullo modo secundum quod conveniebat facere potuimus propter sue magnitudinem

gravedinis Propter predictam vero culpam et propter emendacionem ipsius culpe per hanc scripturam donationis nostre damus vobis ipsum Castrum quod dicunt Portus quod est in territorio barchinonensi à parte occidentali predictae urbis ad calcem montis cuiusdam qui vocatur iudaicus in marinis litoribus accidit autem michi Mironi per vocem parentum meorum et michi Guille femine per meum decimum sive per comparacionem tam michi quam viro meo et michi Bernardo per dimissionem avunculi mei Fulconis et per vocem parentum meorum et michi Gondevallo per vocem similiter parentum meorum sive aliis quibuscumque vocibus. Habet autem terminum predictum Castrum à parte orientali in colle de inforçatis à meridiana quoque parte in ipso mari ab occidua in albeo Lubricati à parte vero circii in ipsa strata qua pergitur de inforçatis ad Sanctam Eulaliam de Provinciana quantum istis terminis concluditur prenomatis quod ego Miro et uxor mea et filii nostri habeamus in prefato loco et tenebamus per nostrum proprium alodium ad ipsum diem quo tradidimus in potestatem vestram prenomatum castrum Portus totum integerrime vobis damus et de nostro jure in vestrum dominium et potestatem tradimus cum terris pariter et vineis pratis et pascuis triliis et viridariis aquis cum ingressibus simul et egressibus eorum ut faciatis ex inde quod cumque vobis placuerit ad vestrum plenissimum proprium propter emendacionem ipsius culpe que superius scripta est. Si vero nos donatores aut utriusque sexus homo dirumpere vel dimovere in aliquo voluerimus aut voluerit hanc donationem nullatenus valeamus aut valeat sed componamus aut componat vobis hoc omne in triplumcum omni sua inmelioratione. Et post modum hoc donum et doni istius scriptum valorem obtineat perpetuum omne per aevum Facta carta donacionis kalendis julii anno XXVIII. Regni Henrici Regis francorum. Sig⁺num Mirone. Sig⁺num Guille femine. Sig⁺num Bernardi levite. Sig⁺num Guislibertus gratia Dei episcopus. Sig⁺num Gondevalle Mironis nos pariter hanc donacionem fecimus et firmavimus et testes hanc subscribere et firmare rogavimus nichilque ad opus nostrum in predicto castro neque in predictis omnibus supra scriptis retinuimus sed totum integro rime secundum quod hic scriptum est prefatis principibus dedimus exceptus ipso alodi-Sancte Crucis Sancteque Eulalie Sedis quod tenemus per feudum domini Giliberti pontificis. Sig⁺num Bernardus Amati Udaldus vice comes. Sig⁺num Amatus Eldrici. Sig⁺num Adalbertus Guitardi. Sig⁺num Remundus Ermenardi. Sig⁺num Berengarius Gnadalii. Sig⁺num Fulcone Ermengandi. Sig⁺num Remundus Guilelmi. Sig⁺num Guilelmus Bernardi de Odena. Sig⁺num Petrus Mirone Isarnus. Sig⁺num Guille femine uxorem condam Mironis. Sig⁺num Belli hominis cognomento Gerallus levita exarator et (signavit) sub die et anno prefixo.

Num. 6

Textos de las Crónicas francas compiladas por Duchesne, los cuales se refieren á la historia de Cataluña desde el año 752 hasta la venida de Ludovico Pío (pág. 81).

A.—*Annales Francorum Metenses* (tom. 3, pág. 275). Solinoan quoque dux Sarracenorum, qui Barcinonam Gerundamque civitatem regebat, Pippini se cum omnibus quæ habebat dominationi subdidit.

B.—*Annales Francorum auctiores* (tom. 2, pág. 15). Ann. DCCLXXVIII. Tunc domnus Rex habuit placitum ad Patres, brunna prima vice... Ad eundem placitum venientes Saraceni de partibus Spaniæ. Hii sunt Ibinalarabi et filius Deuizefi, qui et latine Joseph nominatur.—*Annales rerum francicarum quæ à Pipino et Carolo Magno gestæ sunt* (pág. 31). Etiam ad idem Placitum venerunt Sarraceni de partibus Hispaniæ, hi sunt Ibinalarabi et filius Dejuzeff, qui et Latine Joseph nominatur, similiter et gener ejus.—*Eginhardi Annales de Gestis Caroli Magni* (pág. 240). Venit iisdem et loco et tempore ad Regis præsentiam de Hispania Saracenus quidam nomine Ibinalarabi, cum aliis Saracenis sociis suis, dedens se ac civitates, quibus eum Rex Saracenorum præfecerat.—*Annales Francorum Fuldenses* (pág. 536)... et Conventus in Saxonia habitus, in loco qui vocatur Padrabrunno, ubi Ainalarabi Saracenus Præfectus Cæsaraugustæ venit ad Regem.

C.—*Annales alii Francorum ex duobus pervetustis Codicibus M. SS. etc.* (pág. 9). Ann. DCCLXXVIII. Eodem anno domnus Rex Karolus cum magno exercitu venit in terram Galliciam et adquisivit civitatem Pampalona, deinde accepit obsides in Hispania de civitatibus Abitauri atque Ebilarbii, quorum vocabulum est Osca et Barzelona, nec non et Gerunda. Et ipsum Ebilarbium vinctum duxit in Franciam.

D.—*Excerpta veteris Chronici Moyssiensis cænobii* (tom. 3, pág. 139). Eodem anno (785) Gerundenses homines Gerundam civitatem Karolo Regi tradiderunt.

E.—*EGINHARDI, Annales etc.* (tom. 2, pág. 248). Barcinona civitas in limite Hispanico sita, quæ alternante rerum eventu, nunc Francorum, nunc Sarracenorum ditioni subiciebatur, tandem per Zatum Sarracenum, qui tunc eam invaserat, Regi reddita est. Nam is æstatis initio Aquasgrani ad Regem venit, seque cum memorata civitate spontanea deditione illius potestati submisit. Qua recepta, Rex filium meum Ludovicum ad obsidionem oscæ cum exercitu in Hispaniam misit.—*Annales Francorum Fuldenses* (pág. 538). Barcinona Hispaniæ civitas, quæ jam pridem à Francis defecerat, per Zatum Sarracenum Præ-

fectum ejus Carolo reddita est. — Idem in *Vita Karoli Magni ab incesto scriptore sed coetaneo* (pág. 58). — Idem in *Vita Karoli Magni per Monachum Ego-lismeusem descripta* (pág. 78). — *Poetae Saxonici Annales de Gestis Caroli Magni* (pág. 160).

Cum pulcro retinens ortu clarescet æstas,
Ad Regem Sarracenus cognomine Zatus
Adveniens, à se pervasam reddidit urbem,
Barzinona cui nomen, nam limite structa
Constat in Hispanico, vario cogenteque casu
Nunc Sarracenis fuerat, nunc subdita francis, etc.

Idem in *Annalibus regum Francorum Bertinianis* (tom. 3, pág. 162).

F. — *Anonimi Astronomi «Vita et actus Ludovici Pii Imp.»* (tom. 2, pág. 289).
Nec non et Bahaluc Sarracenorum Ducis, qui locis montuosis Aquitanie proximis principabatur, Missos pacem petentes et dona ferentes suscepit et remisit.... Ordinavit autem illo tempore in finibus Aquitanorum circumquaque firmissimam tutelam. Nam civitatem Ausonam, castrum Cardonam, Castam-serram et reliqua oppida olim deserta, munivit, habitari fecit et Burrello Comiti cum congruis auxiliis tuenda commisit.

¶ 7

Victoria de un godo llamado Juan en las cercanías de Barcelona y donaciones que le hicieron Carlo Magno y Ludovico Pio: BALUCIO, Append. in Capit.: «Histoire generale du Languedoc» (pág. 86).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Karolus serenissimus gratia Dei rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum. Notum sit omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, vel cunctis fidelibus nostris tam presentibus quam futuris. Rectum est regalis potestas illis tuitio-nem impertiat quorum necessitas comprobatur. Igitur conoscat almitas restra qualiter Joanne ad nos veniente et ostendit nobis epistolam quam dilectus filius noster Ludovicus ei fecerat et per ipsum ad nos direxit. Et invenimus in ipsa epistola insertum quod Joannes ipse super hereticos sive Sarracenos, infideles nostros magnum certamen certavit in pago Barchinonense, ubi superavit eos in locum ubi dicitur ad Ponte, et occidit jam dictos infideles et cepit de ipsis spolia; aliquid exinde dilecto filio nostro obtulit, equum optimum et brunia optima et spatam Indiam cum techa de argento parata; et petierat in pago Narbonense villare heremum ad laborandum quem dicunt Fontes. Ille vero dedit ei ipsum villane, et direxit eum ad nos. Et cum ad nos venisset cum ipsa epistola quam filius noster ei fecerat in manibus nostris se commendavit; et

petivit à nobis jam dictus fidelis noster Joannes ut ipsum villare quod filius noster ei dederat, concedere fecissemus. Nos vero concedimus ei ipsum villarem et omnes suos terminos et pertinentias suas ab integre et quantum ille cum hominibus suis in villa Fontejoncosa occupavit vel occupaverit, vel de heremo traxerit, vel infra suos terminos, sive in aliis locis, vel villis, seu villare occupaverit, vel aprisione fecerit cum hominibus suis: Hæc omnia concedimus ei por nostrum donum, ut habeat ille et posteritas sua absque ullo censu aut inquietudine, dum nobis aut filiis nostris fidelis extiterint: Quatenus vero auctoritas firmior habeatur, de anulo nostro subter sigillavimus.

Gilabertus ad vicem Radoni recognovit et supscripsit.

Data in mense marcio anno XXV et XVIII regni nostri. Actum Aquisgrani palatio nostro in Dei nomine feliciter. Amen.

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Illudovicus divina providentia imperator augustus, omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ tam nostris presentibus scilicet et futuris. Notum sit qualiter quidem homo fidelis noster nomine Joannes venians in nostra presentia.... quæ in manibus se commendavit et petivit nobis sua aprisione quicquid genitor noster ei concesserat ac nos, et quicquid ille occupatum habebat aut aprisione fecerat, vel deinceps occupare aut prendere potebat, sive filii sui cum homines eorum, et ostendit nobis exinde auctoritate quod genitor noster ei fecit. Nos vero alia ei facere jussimus, sive amelioravimus et concedimus eidem fidei nostro Joanne in pago Narbonense villane Fontes et villane Cella carbolinis cum illorum terminos et pertinentias cultum et incultum ab integre et quantum ille in villa Fontejoncosa vel in suos terminos, sive in aliis locis, vel villis suæ villares occupavit, sive aprisionem fecit una cum suis hominibus, vel deinceps facere poterit, tam ille quam filii sui omnia per nostrum donitum habeant ille et filii sui et posteritas illorum absque ullum censum vel alicujus inquietudine. Et nullus comes nec vicarius nec juniores eorum nec ullus judex publicus, illorum homines que super illorum aprisione habitant, aut nullorum proprio distinguere nec judicare presumant: sed Joannes et filii sui et posteritas illorum illi eos judicent et distringant et quicquid per legem judicaverint, stabilis permaneat et si extra legem fuerint per legem emendent. Et hæc auctoritas nostra firma permaneat, dum ille et filii sui et posteritas illorum ad nos et ad filios nostros aut ad posteritatem illorum fideles extiterint. Et ut credatis, de anulo nostro impresione signari jussimus. Durandus diaconus ad vicem Helisachar recognovit. Data kal. januaris anno Christo propicio I imperii domni Illudovici piissimi augusti indict VIII. Actum Aquisgrani palacio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

In nomine Sanctæ et individue Trinitatis. Karolus gratia Dei rex. Si fidelium nostrorum petitionibus benignum commodamus assensum, regiam exeremus consuetudinem, et hoc post modum jure firmissimo mansurum esse volumus. Id circo notum sit omnibus S. Dei Ecclesiæ fidelibus et nostris presentibus atque futuris, quia quidam fidelium nostrorum regni Septimaniæ vassus noster, nomine Teofredus, nostris obtulit obtutibus auctoritatem avi nostri Karoli, qua continebatur qualiter patri suo, nomine Joanni præscriptus bonæ memoriæ avus noster Karolus concesserat villarem ad laborandum qui vocatur Fontes, cum omni sua integritate et quantumcumque ille Fontejoncosa de heremi vastitate traxit cum suis hominibus. Ostendit etiam nobis epistolam domini et

genitoris nostri Illudovici piissimi Augusti ad Sturmionem comitem directam ut predictam villam, id est. Fontes, memorata Joanni absque ullo censu et inquietudine habere dimitteret. Propter quam epistolam avus noster Karolus, ut in sua auctoritate continetur illi fieri jussit hoc. Inde et predictus fidelis noster nostram deprecatus et misericordiam, ut nos denuo prædictam villam, quemadmodum domnus avus noster augustus ac serenissimus augustus genitor noster patri suo per eorum litteras confirmaverunt nos denuo illi cum sua integritate vel termino confirmare dignaremur. Quapropter et has litteras nostras illi fieri jussimus per quas volumus atque firmamus ut predictus qui moderno habet fidelis noster Teodefredis, sæpeditam villam Fontes perpetuo tenere, habere et absque ullius inquietudine possidere. Et condono tibi quid pater tuus aut Vinlimurus avunculus tuus aut homines illorum in villa Fontejoncosa habuerunt per apprisione, cultum vel incultum..... tu fecisti sive feceris cum homines tuos, absque paratas aut veredos et habeas, nec non posteritas tua absque censu. Et ut hæc auctoritas confirmationis nostræ firma valeat permanere de anulo nostro subter eam jussimus sigillari. Jonas diaconus ad vicem Illudovici recognovit et subscripsit. Data non. jun. anno IIII indictione VII regnante Karolo gloriosissimo rege. Actum in monasterio Sancti Saturnini prope Tolosa, in Dei nomine feliciter. Amen.

Νῦμ. 8

Asamblea de Tolosa, sitio y toma de Barcelona según el poema crónico de ERMOLDO NIGELLO, lib. I (*Muratori Rerum italicarum scriptores.*) (Pág. 94.)

Urbs erat interea Francorum in hospita turmis,
Maurorum votis adsociata magis.
Quam Barchinonam prisci dixere latini,
Romanoque fuit more polita nimis.
Hec Maurorum aderat semper tutela latronum,
Hostibus armigeris atque repleta fatis.
Quisquis ab hispanis veniens rediensque silenter,
Hanc ingressus erant omnia tuta sibi.
Sueta fuit nostros semper populare maniplos,
Et reducum spolia hæc capiebat ovans.
Multi namque Duces vario hanc conamine belli,
Obsedere diu: sed voluisse fuit.
Armis, ingenio, seu quiscumque arte valebat,
Sed pugnae studia compulit illa procul.

Namque erat insigni murorum pondere fulta,
Marmore præduro structa vetusta nimis.

Solium Rex scandit avitum:

Cetera turba foris congrua dona parat.
Incipiunt fari. Cœpit tunc sic Carolites.
Hæc quoque de proprio pectore verba dedit:
Magnanimi proceres, meritis pro munere digni
Limina quos patriæ præposuit Carolus,
Ob hoc cunctipotens apicem concessit honoris
Nobis ut populo rite feramus opem.
Annuus ordo redit, cum gentes gentibus instant
Et vice partita Martis in arma ruunt.

Vobis nobis fatis res hæc, incognita nobis:
Dicite consilium, quo peragamus iter.
Hæc Rex; atque Lupus fatur sic Santio contra
Santio, qui patriæ gentis agebat opus,
Vasconum Princeps, Caroli nutrimine fretus,
Ingenio atque fide qui superabat vos
Rex, censura tibi nobis parere necesse est
Haustuus consilii cujus ab ore fluit.
Si tamen à nostris agitur modo partibus hæc res,
Parte mea, testor, pax erit atque quies.
Duxque Tolosana fatur Vilhelmus ab Urbe
Poplite flexato lambitat ore pedes.

O lux Francorum, Rex, et pater, arma decusque,
Qui meritis patres vincis et arte tuos
Virtus celsa tibi et rector sapientia magne.
Concordi voto patris ab amne meant
Rex age, consiliis, si dignor consule nostris,
Atque meis votis Rex pietate fave.
Gens es tetra nimis Saræ de nomine dicta
Quæ fines nostros depopulare solet,
Fortis equo fidens armorum munere nec non,
Quæ mihi nota nimis et sibi notus ego.
Mænia, castra, locos seu cetera sæpe notavi:
Ducere vos possum tramite pacifico.
Est quoque preterea sæva Urbs in finibus illis,
Causa mali tanti quæ sociata manet.
Si pietate Dei, vestro faciente labore,
Hæc capiatur, erit pax requiesque tuis.
Illuc tende gradum Rex infer munera massis
Et Vilhelmus erit prævius, alme tuus.
Tum Rex adridens verbis ita fatur amicis
Amplectens famulum oscula datque capit.
Gratia nostra tibi, Caroli sit gratia patris;
Dux bone, pro meritis semper habebis honos.